

967. 1288. d. 4. Julij.

Abbot Nils i Alvastra tillägg till sitt href rörande qvarnställen i Östbo, serdeles rörande den ström, som då begynte kallas Björkefors.

H. 1.

Omnibus presentes literas inspecturis Frater N. dictus abbas de Alvaastro salutem in domino Jesu Cristo Quoniam in prima litera quam pro monachis noueuallis vniuersitati scripsimus super constructione molendinorum in finnidia prouincie øsbo constructorum omisimus testari de *fluuruut* et eius heredibus vtrum vmquam temporibus nostris torrentem quem de nouo dicunt Boyrkefors legali juramento tibi appropriauerint verasciter asserendo dicimus toto tempore quo mansimus in illis partibus de premisis nullam nos mencionem aliquorum relatu verbotenus audiuisse. Cum igitur hec se sic habeant nos appensione sigilli nostri quod verbis asserimus attestamur. Datum anno domini M°.CC°.LXXX°.VIII°. quarto nonas Julij.

968. 1288 d. 8 Julij.

Bro.

Biskopen i Linköping, Hertig BENGETS förbud att emot Kongl. Privilegier betunga kyrkans gods och personer med pålagor till Kongl. Maj:t och Kronan, utan blott då fråga är om häradsbroar och häradsnäcker.

B. 3: 4.

Omnibus presentes litteras inspecturis BENEDICTUS dei gracia episcopus lincopensis dux finlandie. salutem in domino. Cum illustres Reges Regni Swecie omnia predia ecclesiarum cum personis in eisdem commorantibus ab omni jure regio impositionibus & grauaminibus quibuscumque libera dederint penitus et exempta. sicut in eorundem priuilegiis ecclesie nostre liberaliter concessis plenius continetur Prohibemus firmiter & districte ne quis de bonis & personis memoratis contra libertates supradictas quicquam exigere presumat aliquatenus uel attemptet nisi duntaxat pontes inhæredhis uel hæræznekkior de nouo contingat fieri seu eciam reparari Si quis autem hoc attemptare presumpserit. domini Regis & nostram ulcionem poterit non immerito formidare. Datum bro. Anno domini MCC LXXX:mo VIII°. VIII Idus Julij.